Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·BCC· xxxij·

342

iam et requiescite Ecce appropinquabit hora et filius hominis tradetur in manus peccatorum
Surgite eamus ecce appropinquabit qui me tradet Adhuc eo loquente ecce
iudas unus de xii et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus missi a
principibus sacerdotum et senioribus populi Qui autem tradidit eum
dedit illis signum dicens Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum
Et confestim accedens ad iesum dixit Ave rabbi et osculatus est eum Dixitque
illi ihesus Amice ad quid venisti Tunc accesserunt et manus iecerunt
in iesum et tenuerunt eum Et ecce unus ex his qui erant cum iesu extendens
manum suam extraxit gladium et percutiens seruum principis sacerdotum am
putauit auriculam eius Tunc ait illi ihesus Conuerte gladium tuum in locum
suum Omnis enim qui acceperit gladium gladio peribit An putas quia
non possum rogare patrem meum et exhibebit mihi modo plus quam xii
legiones angelorum Quomodo ergo implebuntur scripture quia sic oportet
fieri In illa hora dixit ihesus turbis Tamquam ad latronem existis cum gla
dis et fustibus comprehendere me Cotidie apud uos sedebam docens
in templo et non me tenuistis Hoc autem totum factum est ut impleantur
scripture prophetarum Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt Hi illi
tenentes iesum duxerunt ad caipham principem sacerdotum ubi scribe et seniores
conuenerant Petrus autem sequebatur eum alonge usque in atrium principis
sacerdotum et introiens intro sedebat cum ministris ut uideret finem Principes
autem sacerdotum et omne concilium querebant falsum testimonium contra iesum ut eum
morti tradent et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent Nouissime autem uenerunt duo falsi testes et dixerunt Hic dixit Possum destruere templum
di et post triduum reedificare illud Et surgens princeps sacerdotum ait illi
Nichil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur Ihesus autem tacebat
Et princeps sacerdotum ait illi Adiuro te per deum viuum ut dicas nobis si tu
es xpc filius di Dicit illi ihesus Tu dixisti Verumtamen dico uobis amodo